

1605  
18 July

H.N. 247682

Fibra Vltimo


SACRA Caesaris Matris, 28: Dominus noster clemen-  
tissimus, visis ac bene matureq; ponderatis omnibus ijs,  
quæ per Ill<sup>mos</sup> Dominos Carolum Guidum Sforziam Tor-  
danium et Fulvium fratres Gonzagas, apud Matrem  
suam Cesaream diuersis in scripturis, et Grauanis-  
num alijsq; deductionibus, contra sententiam Exec-  
cutiuam vicesima die mensis Decembris An<sup>o</sup> Mil-  
lesimo Quingentesimo nonagesimo septimo, per Mag<sup>cum</sup>  
Jurisconsultum Didacum Sallazarium, supremum  
Cancellarium Mediolanen<sup>em</sup>, tanq; Cesareum sub-  
delegatum, in favorem Illustrissimum Comitum, Anni-  
balis et fratrum de Gambera, latam, in hunc usq;  
diem producta atq; exhibita fuerunt: decreuit ac  
declarauit, hacq; sententia mediante decernit,  
ac declarat: Appellationem siue prouocatione  
a supradicta sententia Executiua subdelegati  
Sallazarij, per predictos Marchiones Gonzagas  
interpositam, tamquam frivolum, reijciendam:  
ac proinde Inhibitionem siue suspensionem Exe-  
cutionis, die vicesima sexta mensis Februarij, An<sup>o</sup>  
Millesimo, Quingentesimo nonagesimo octauo, sub-  
sequutam; denuo cassandam atq; annullandam  
esse: Sicuti Matris sua Cesareæ predicta omnia  
respectiue reijcit, cassat atq; annullat: precipiens  
supradictis Carolo et Fulvio Gonzagis, cum re-  
liquos duos fratres Guidum Sforziam et Torda-

num interea temporis cum Comitibus Gamberis trans-  
egisse constat. Iuxta tres menses proximos, ab insi-  
gnatione huius sententię computandos, doceant  
apud Gubernatorem Mediolanensem tanq̃ huius  
causę Commissarium, seu eius subdelegatum, sese  
predicte sententię Sallazarianę in omnibus ac sin-  
gulis suis capitibus plene satisfecisse: cum hac ad-  
iuncta Comminatione: nisi iam dictam partitione  
factam esse in dicto temporis spacio docuerint: ut  
sepe dictus Commissarius Cæsareus per se, vel per  
subdelegatum suum: sepe dictam sententię Sal-  
azarianam ex tunc prout ex nunc: et ex nunc,  
prout ex tunc, reali atq̃ actuali executioni man-  
dare possit ac debeat: supradicto Decreto suspen-  
sio, ut potest per hanc sententię cassato atq̃ an-  
nullato: ceterisq̃ oppositionibus quibuscunque,  
ac presertim lite, inter ipsos fratres Gonzagas su-  
per pensione suellaria Arrisiana, mota, et alia  
separata sententię Cæsareę decisa, non obstanti-  
bus. Secretum per Secretariam Mattem in  
Consilio Imperii die duodevicesima  
mensis Julij. Antequam quinquagesimo quinto.

Quel orateur



Antequam quinquagesimo quinto



149-84712-2

